



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Supplementband und Schluß des ganzen Werkes bis auf die Register

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1865

VIII. Markgraf Otto's und anderer Fürsten Erklärung über die Bede, welche
das Stift Halberstadt dem Grafen von Anhalt bewilligt hat, am 31. August
1268.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55834)

VIII. Markgraf Otto's und anderer Fürsten Erklärung über die Bede, welche das Stift Halberstadt dem Grafen von Anhalt bewilligt hat, am 31. August 1268.

Dei gratia Conradus sancte Magdeburgensis ecclesie Archiepiscopus, Albertus Dux de Brunswick, Otto Marchio Brandenburgensis omnibus, ad quos he littere perueniunt, salutem et omne bonum. Nouerint vniuersi presentis temporis et futuri, quod Venerabilis Dominus Volradus Halberstadenfis episcopus, Hermannus, prepositus, wickerus, Decanus, totumque Halberstadenfis ecclesie capitulum nostris deuotis precibus inclinati consenserunt et promiserunt hac uice tantum, quod Illustris princeps Dominus Otto, Comes Ascharie, petitionem habeat in bonis eorundem, recognoscentes, quod huiusmodi petitio ad ipsum de iure aliquo et de consuetudine aliqua nullatenus pertinebat et quod similem petitionem de cetero nullatenus faciet, nisi hoc de predictorum forte Domini episcopi et capituli processerit concordi et beneuola uoluntate. In quorum ualidum testimonium hanc litteram nostris sigillis duximus muniendam. Actum et datum in Ottersleue, Anno Domini MCCLXVIII, III Kal. Septembris.

Nach einer Copie h. R. 1. Nachtrag Halberstadt No. 1. im Königl. Prov.-Archive zu Magdeburg.

IX. Pappst Clemens V. fordert die Bischöfe von Brandenburg, Meissen, Naumburg, Merseburg und Havelberg auf, den Erzbischof Burchard in Bezug auf die ihm durch den Tod des Landgrafen von Thüringen zugefallenen Besitzungen zu schützen, am 23. März 1307.

Clemens, Episcopus, seruus seruorum dei, Venerabilibus fratribus Brandenburgensi, Misnenfi, Nuemburgensi, Merseburgensi et havelbergensi Episcopis Salutem et apostolicam benedictionem. Cum sicut accepimus, venerabilis frater noster Burchardus, Archiepiscopus Magd. Metropolitanus noster, pro recuperandis et defendendis bonis et Juribus ecclesie sue tam hiis, que Ticemannus, lantgrauis Thuringie, ecclesie predictae uasallus, ab eadem ecclesia, dum uiueret, retinebat, nunc deuolutis ad eum pro eo, quod idem lantgrauis absque heredibus nofcitur decelisse, quam alia bona, que ad dictam ecclesiam per obitum uasallorum ipsius absque heredibus decedencium deuoluuntur, necnon pro recuperacione et defensione aliorum Jurium et bonorum dicte ecclesie, in quibus est eadem ecclesia pene collapsa, nostro et aliorum indigeat auxilio et fauore nos attendentes, quam conueniens sit et dignum, quod membra capiti congrua cum expedit subuentione respondeant, fraternitatem uestram Rogamus et hortamur attente per apostolica uobis scripta mandantes, quatenus eidem archiepiscopo per uos et homines uestros sic assistatis efficaciter in premissis auxiliis oportunitis, cum ab eo super hoc fueritis requisiti, quod ipse uestro et aliorum cooperante fauore bona et Jura predicta recuperare ualeat et tueri uosque proinde preter diuine gracie premium nostram benedictionem et gratiam uerius consequi ualeatis. Datum pitauiis, X^{mo}. kl. aprilis, pontificatus nostri anno III^o.

Aus einem Magdeburgischen im 15. Jahrh. niedergeschriebenen Copialbuche, enthaltend Urk. v. J. 936—1475, f. 281.